



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecyus, Johannes

Monachii, 1615

XVIII. Homo, quâ peccator est, miser & miserabilis est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

præripit ad rectè agendum? mediam enim partē temporis vitæ sibi vēdicare nō potest, de Deo, de rebus æternis, de salutis suæ summa cogitādi, ut ad experientiam omnē liquet: negotiorum moles perpetuò adest, necessitates aliæ semper intercurrūt. Impedit tandem corpus, quo minus anima re ipsa ad cœlum peruolet, cogiturq; adeò homo cū

ps.119.5.

ps.141.2.

Io.8.23.

Dauide dicere: *Heu mihi, quia incolatus mens prolongatus est, quādō veniam & apparebo ante faciem Dei. Cum eodē item petere. Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo, me expectant iusti, donet retribuas mihi.*

CAPUT XVIII.

Homo, quā peccator est, miser & miserabilis est.

E Gimus de miserijs partium homins, de eisdem illius, ut totum

totum quoddam est, & peccator, sequitur ordine ut agamus.

Impij ergo patria de deorsum est,
pater Diabolus, fratres Dracones, sa- *Io. 8.44.*
rores vermes, anima atrium, in quo *106.30.29.*
vidit Ezechiel innumeratas, hor- *Eccl.7.14.*
cap.8.10.

rendasq; figuratas serpentum, draconum, reptiliū, virulētorumq;
animantium, intellectus ignorantia, ratio insania, mens hebetudo, iudicium stultitia, cogitatio inferni semen, voluntas ini-
quitatis sedes, & Daemonū habi-
tatio, libertas vile macipiū, cap-
tiua captiuitas, cōsciētia vermis
rodens, exprobrās, clamās, crū-
cians, potentia executiua para-
lysis, sensus vanitas vanitatū, & *Eccle.12.8.*
omnia vanitas, appetitus sentiēs *Rom.7.23.*
membrorū lex, quæ sub peccato
captiuat, corp⁹ miseriārum the-
atrum, & vile iumentorū stabulū,
caput hydra lernēsis, facies ignis
suffossio, frōs meretrix, nares p-

H 6 sum-

sumptio, oculi fenestræ mortis,
aures curiositas, maxillæ asini
malæ, os impudentia, dentes ar-
ma & sagittæ, lingua gladius a-
cutus, labia venenum aspidum,
guttur sepulchrum patens, collū
insolētiæ, ceruix pinguedo, sca-
pulæ auersio à Deo, humeri im-
patientia, pectus furor, dorsum
inclinatio ad terram, brachia te-
nax auaritia, manus cruenta car-
nificina, cor Draconum cubile,
malleatoris incus, aduersus se-
metipsum lima, fel amaritudo,
viscera crudelitas, splē cholera,
iœcur cōcupiscētia, pulmo tepi-
ditas, venter gula, lumbi illusio,
femur nominis macula, crura ri-
gor, pedes ad malū cursus. Vestis
maledictio, actio, comedere pa-
nē famis, bibere vinū iræ Dei, ex
vua fellis, & botro amarissimo,
generare faunos, satyros, dormi-
re sopore graui, tenebrarū opera

in.

induere, telas aranearum texere, Dei vocationem, manuumq; extensionem aspernari, consilium despicere, & auersione contentiosa ab eo auerti, spiritum Sanctum contristare, Christum rursus crucifigere, imaginem bestiæ adorare, diis alienis seruire, tenere tympanum, & gaudere ad sonitum organi, coniungere domum ad domum, & agrum agro copulare vsque ad terminalium loci, frui bonis quæ sunt, uti creatura tanquam in iuventute celeriter, se implere vino pretioso & vnguentis, nullum florem temporis præterire, coronare se rosis antequam marescant, luxuria omne pratrum pertransire, vbique signa lætitiaz relinquere, vanè fortitudinem suam consumere, ægrotare, mori. Et quando, malitia non consumpta, iniquitas in eo inuenta

H 7 est,

est, iudicium ei nō cessat, & perditio ei nō dormitat, vas iræ aptum in interitum in domū malam & ternitatis in infernum, cū quo fecit pacem, in puncto projicitur, & in judicium magni dei, vinculis & ternis, sub caligine reseruatur: auditio mala, & verbum asperum. O miserrime & infelicissime peccator! O gravitas peccati!

CAPUT XIX.

Miser est peccator, quia iumentis insipientibus similis est.

Per perspicuum est ex his Psalmographi verbis: *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientib⁹, & similis factus est illis.* Non comparatur vero à Propheta homo iumentis insipientib⁹, nec similis illis dicitur, quo ad figuram & formam externam;